

164

omnibus apparebat. Ac ne forte rursum
elevaret caput. et sua iniquitate et impie
tate gauderet. talentum plumbi in modum
gravissimi lapidis mittit in os amphore.
ut impietatem in medio opprimat. atque con
cludat. ne quomodo possit erumpere. Hec quasi
umbras quasdam et lineas future imaginis
duximus. ut quod reliquum est. suis coloribus
impleamus. Angelus qui loquebatur in propheta
egressus de eo. et quasi comminus loquens. pre
cipit illi ut levet oculos suos et videat
peccata populi israel. in mensuram coacervata.
perfecta et impleta delicta cunctorum. et hanc
esse oculorum eorum quod ebraice dicitur aenam.
et scribitur per ain iod. nun. mensure
iniquitatem eorum. Que si per vau litteram
scripta esset. recte legeretur onam ut lxx
putaverunt. et hic error in editione vulgata.
frequenter inolevit. ut quia vau et iod
littere. eadem forma. sed mensura diverse sunt.
altera legatur pro altera. Hec amphora sive
mensura oculus eorum est in universa terra. hoc est
ostensio peccatorum. ut quorum vicia dispersa
latitabant. in unum coacervata. oculis
omnium panderentur. et egrederetur de

10. Manchester, John Rylands University Library, Ms. lat. 93, fol. 164r